a corꝑe ſequeſtrate· angelis ⁊ ſanctis ſocian-
tur· et regno celoꝝ qđ eſt viſio dei intra mūduz
et extra et vndiqꝫ ſine mora fruūtur· Sicut ce-
cus i ſole poſitus ſi eiꝰ oculi aperirētur ꝯfeſtim
luce ſolis fruetur· Nđ a quibuſdam morientibꝫ
lux vel forme angeloꝝ aut ſcōꝝ ibi videntur· et
ꝯcētus armonie audiūtur· et ad alta duci cer-
nūtur hoc ꝓpter viuentes fieri non dubitetur· ut
in xp̄iana religione corroborētur· Porro friuo-
lū videtur ſi aīe illocales de hoc mūdo extra firmamē-
tum duci aſſerātur q̄ſi ibi ſit pulchrius vel ibi
magis ſit deus cū ſup̄ ⁊ infra intra ⁊ extra equaliter
eſſe nō dubitetur ⁊ eius viſio vbiqꝫ iuſtis equa-
liter adeſſe ꝯprobetur· Aīas vero vel ſpūs cum
ſint incorporei corporeis locis includi abſurdiſ-
ſimū videtur· pſertim cū oīs locus altitudine lon-
gitudine latitudine dimetiatur· hiiſqꝫ omnis
ſpūs carere bene ſciatur· Ideo quippe illocaliter
manere ⁊ eius viſione frui eſtimātur· ſicut ſci-
entia in anima illocaliter moratur·

¶ De gloria corporū beatoꝝ. ¶ ca· xli·

Corpus aūt ſanctoꝝ reſurget ſpirituale·
quia velocitate leuitate perſpicuitate ſpi-
ritibus erit equale· et omne ſolidum erit ei pe-
netrabile· ſicut ⁊ corpus dn̄i lapide clauſo ſur-
rexit ⁊ ianuis clauſis intrauit· Sicut igitur ſpi-
ritus nunc nullo corporali loco ſuſtentatur· ita
quoqꝫ nō eſt neceſſe ut tunc ſpirituale corpus

aliquo loco fulciatur· Non enim inſenſibile cor
pus ſpiritum. ſed ſpūs corpus vegetat· Igitur
nullus locus ſpūale corpus fulcit qđ omni ele
mento ſubtilius erit ſed ut ſpiritus illocaliter
in ſūmo ſpiritu deo ſubſiſtit· Niſi forte hoc pro
loco accipiatur· qđ ſubſtātialiter et ꝑſonaliter
circūſcribit᷑· Amplius· aut in hoc corporeo mū=
do ſancti manētes deū videbūt aut extra mūdū
erunt· Si extra mundū fuerint· tūc nulla elemē
tali materia ſtātes vel ſedētes ſuſtentātur· qꝛ
nullum elementū extra mūdum comprobatur·
Qui eni terram vel aquā ibi eſſe credit· nimis
terrenus fluidus deſipit· Si eni aerē vel ignem
ibi eſſe arbitratur grauiter a mobilitate aeris
et ignis ipe inſtabilis irriſus cōſpicatur· ergo
extra mundū nulla re materiali fulciuntur vbi
nulla materia inuenitur· Si autē in hoc mūdo
erunt ſimiliter nulli elemento localiter ſtādo
vel ſedēdo inherebūt· qꝛ equales angelis erūt·
Cum igitur ſpūales ſint· in ſūmo ſpū ſpūaliter
nō localiter manebūt· Porro illoꝝ corpoꝝ glīa
nō racōe· ſꝫ ſola fide ē ɔtēplanda· Erūt quippe
tūc illa corpa ut aīmus agilia· ut ſol ꝑſpicua·
Quācito eni nūc animus ab oriēte in occiden=
tem cogitacōe ꝑuenit tā cito tūc illud corpuſ
illuc ꝑuenire poterit· Hoc hinc colligit᷑ qꝛ reſur
rectō in ictu oculi eſt non qꝛ oculus aperiatur·
ſꝫ qꝛ apto oculo obiectus lucis radius ɔſpicit᷑·

Sȝ reuera tm̄ velocitas illius corpis ab ictu ocu
li differt· quātū a corpe agilitas animi· Hui⁹
etiā corpis claritas eſt tanta· quāta eſt ſpūs
nō eni eſt hoc corpus anime oneri ſȝ decori· qd̄
nulla corruptibilis moles aggrauat· ſȝ qd̄ an-
gelice nature equalitas leuigat· hui⁹ q̄ȝ corpiſ
claritas tm̄ ſolē excellit quātū ſol in claritate
nr̄m corpus p̄cellit· Sol eni eſt corpus inſenſi-
bile· et q̄uis immutetur· tn̄ nūq̄ȝ viuificabit̄·
Corpus aūt illud erit ſenſibile ꝛ intellectuale·
igitur q̄tū ſpūs intellectualis differt ab aere
inſenſibili tantuȝ differt p̄clara claritas illius
corporis a claritate ſolis·

¶ De gloria dn̄i ſanctoꝝ oim· et differēti glo-
ria ſinguloꝝ· ¶ ca· xlij·

Hinc queſtio nō minima occurrit· Cum eni
dn̄s dicat· Fulgebūt iuſti ſicͭ ſol· Et apl's· Alia
claritas ſolis· alia lune· alia ſtellarum· ſtella a
ſtella differt in claritate· ſic ꝛ reſurrectō mortu-
oꝝ· Vid̄ꝛ aplus dn̄o ꝯtrariū ſentire· videlȝ q̄s
hic velut ſolem fulgere aſſerat· ille quoſdā ve-
lut diūſas ſtellas alios velut lunā alios velut
ſolē fulgere aſtruat· Sȝ ſciendū ē ꝙ dn̄s glaȝ
ſcōꝝ gn̄aliter expreſſit· Aplus aūt ſingloꝝ glo
riā ꝓ meritis diſtinxit· Vltimus gͦ in regno ce
loꝝ ut ſol fulgebit q̄ tūc ſepties clarior q̄ȝ nūc
erit· et in hac claritate tm̄ quiſq̄ȝ ab alio ꝓ me-
ritis differt q̄tuȝ ſtella a ſtella in claritate dit·